

## XXII PETRI BEMBI

scientiae ac rationis, quae mutari nullo modo possunt; (a) quamquam video non deesse, qui, cum cogitandi laborem ferre ipsi aut nolint, aut etiam nequeant, Bembi scripta non tam expurgata, quam religione nimia prope quadam attenuata esse contendant. Sed sit sane sius cuique modus: difficile est enim, in omni re statuere quatenus: & tamen, si cum aliorum libris Bembi scripta conferantur, facile judicium erit: mihi quidem ejus oratio vehementer probatur: non modo, quia elegans, nova, splendidaque est, &, ut ita dicam, nobilis; sed, quia est etiam, Isocrateo prope more, uber atque ornata. (b) Sunt etiam ejus versus Etrusce scripti, & quidem permulti, graves atque pleni; ut hanc quidem laudem, si modo nos de iis rebus existimare aliquid possumus, Bembo a ceteris omnibus concedi, necesse sit: (c) in iis est carmen de Caroli fratri morte: videor mihi hoc vere affirmare posse, neminem umquam tam plane, tam ornata, tam dolenter quemquam luxisse, atque illis Bembus versibus fratris obitum lamentatus est. (d) Scripsit praeterea volumina epistolarum ali-

---

*dentie di Dante, & Petrarca, raccolte per Pellegrino Moreto Mantovano: excusus est Venetiis per Nicolaum ab Aristotele mense novembri M. D. XXIX.)*, che ha segnate le mie *Prose* con le parole ingiuriose che mi scrivete: potrete dirgli, che egli si inganna. Percioche se ad esso pare, che io habbia furato il *Fortunio* perciò, che io dico alcune poche cose, che egli havea prima dette: egli nel vero non è così. Anzi le ha egli A ME FVRATE con le proprie parole, con le quali io le havea scritte in un mio libretto forse prima, che egli sapesse ben parlare, non che male scrivere: che vide & hebbe in mano sua molti giorni. Il qual libro io mi profero di mostrargli ogni volta, che egli voglia, & conoscerà, se io merito esser da lui segnato & lacerto in quella guisa. Oltre acciò io potrò farlo parlar con persone grandi & dignissime di fede: che hanno da me appurate & udite tutte quelle cose, delle quali costui può ragionare, di molti & molt'anni innanzi, che *Fortunio* si mettesse ad insegnare altri quello, che egli non sa peccata. Sane inter easdem Bembi epistolas lib. II. Vol. II. quaedam est ad *Tryphonem Gabrielium* Romae data kal. april. anno M. D. XII. ex qua constat ipsum ex eo tempore duos ex tribus de *Italica lingua libris* jami confeccise, quos emendari etiam ejusdem *Tryphonis* judicio cupiebat, aliorumque doctrinorum amicorum *Joannis Aurelii*, *Nicolai Theupoli*, *Joannis-Francisci Valerii*, *Joannis-Baptistae Ramnusti*, & *Andreae Naugierii*.

(a) quamquam video non deesse) Minime desuere, qui Bembo tum viventium mortuo obtristarent, quibus ejus oratio aspera visa est, duriuscula, & parum liberaliter veterum imitatione addicta. Praestat ceteris nobilitate nominis & ingenii *Justus Lipsius*, cuius quale sit de Bembi operibus judicium, vide sis *Epistol. miscellan. Centur. II.* Epist. LVII. & Centur. V. Epist. XXXVII. & L. itemque *Centur. ad Ital. & Hisp. Epist. VI. & Notas ad lib. I. Politicor. in cap. VIII.* Contra obiectatores tamen ipsiuntutati sunt clarissimi viri, ac praesertim *Joannes Clericus* in opere gallico *Bibliotheca Choise* Tom. I. artic. VII. ubi non oscitantur latina Bembi opera cum magno doctrinae apparatu pensat.

(b) Sunt etiam ejus versus etrusce scripti) Etruscos Bembi versus, quibus titulus *Rime di M. Pietro Bembo*, publicavere primum Venetiis *Joannes-Antonius* & fratres a Sabbio anno M. D. XXX. in 4. Melior tamen autiorque tertia editio Romana per *Valerium Doricum* & *Franciscum* fratrem niente octobri anno M. D. XXXXVIII. curante *Carolo Gualterio*. Hanc misit ad *Cardinalem Farnesum*, *Paulli III.* nepotem *Hannibal Carus*, qui in epistola nuncupatoria haec de illo habet: *E stato M. Pietro Bembo, non solo de primi scrittori di questi tempi; ma il PRIMO, che habbia insegnato a questi tempi, & a quelli, che verranno, il vero modo di scrivere.* Recuderunt aliquando eadem carmina, aliisque additis locupletarunt *Joliti Venetiis annis M. D. XXXXVII. & sequentibus in 12. quorum editiones etiam in pretio.*

(c) in iis est carmen de Caroli fratri morte) Carmen hoc, vulgo *Canzone*, omni venere quam maxime comptum, ita incipit:

*Alma cortese, che dal mondo errante*

Illud assert vir clarissimus *Ludovicus-Antonius Muratorius* lib. IIII. de perfecta *Italica poesi* pag. 465. & seqq. deque eodem sic honorificentissime sentit: *Per una Canzone funebre questa ha dei pregi singolari, e può servire d'esempio ad altre, &c.*

(d) Scripsit praeterea) Quoniam ad hujus Vitae calcem omnium Bembi operum, quaeque latine